Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

auicus conterit. & quisquis gluttiens in sua mem
bra conuertit. Unde ipsi quoque primo predicatori
uelut maxille ecclesie dictum est. Occide & man
duca. GIMEL. Migrauit iuda propter afflictio Gimel
nem & multitudinem seruitutis. habitauit
inter gentes. nec inuenit requiem. omnes perse
cutores eius apprehenderunt eam inter angustias.
Migrauit quidem iudeorum populus in dispersionem gentium
propter afflictionem captiuitatis. & quam ante
regni principatu multis nationibus preerat.
postea inter diuersas gentes seruitio laborabat.
quia scelerum suorum merita uindicta eos inueni
ebat. Spiritualis autem iuda ideo de terra sua mi
grauit. quia peccando dominum irritauit. & iniquita
tibus suis eum ad uindictam prouocauit. De quo ipse
per esayam prophetam locutus est. Seruire me fe
cisti in peccatis tuis. prebuisti mihi laborem in
iniquitatibus tuis. Unde inter gentes deputata. &
sordibus eorum polluta libertatem perdidit. & in
hostium suorum manus incidit. qui eam per diuersos
errores ducentes nequaquam requiescere. uel